Quelle: https://manuscripta.at/?ID=38278
Copyright: Salzburg, Erzabtei St. Peter, Benediktinerstift, Bibliothek



44

b&hleem nascitur. Bethleem quippe domus panis interpretatur. Ipse enim qui ait. Ego sum
panis uiuus qui de celo descendi. Locus ergo in quo dns nasceretur domus panis antea uocatus est.
quia futurum profecto erat. ut ille ibi pmateriam carnis apparere quiete lectorum mentes internas atque
reficere. sed usque hodie usque ad consummationem seculi dns in nazareth concipi. nasci. in bethleem
non desinit. Cum quibus audientium uerbi flore suscepto domum suam cerni panis efficit. Cotidie
in utero uirginali hoc est in animo credentium per fidem concipit. pbaptismate gignitur. Cotidie
diligentissime ecclesia suum comitata doctorem de uita mundane conuersationis quod galilea sonat in
ciuitatem iuda confessionis uidelicet laudis ascendens censum suae deuotionis adcerno regi per
soluit. quae in exemplum beatae semper uirginis mariae nupta simul et immaculata. Concipit nos uirgo
de spu. parit nos uirgo sine gemitu. et quasi aliquidem disponsata sed ab alis secundata per singulas sui
partes quae unam catholicam faciunt. per uiscera sibi pontifici uisibiliter iungitur. sed in uisibilis spis
sci uirtute cumulatur. Unde et bene ioseph iustus interpretatur. indicans nimirum hoc uocabulo quod in
stantia magistri loquentis nil ualet sine augmento supni iuuamenis. ut audiatur accepit. quod autem
filium suum primogenitum maria peperisse describitur. Non iuxta heluidium nos accipiendum est. Alios
quoque filios ea peperisse quaenequeat primogenitus dici: nisi qui habeat fres. sicut non unigenitus. nisi
qui carent fratribus solet appellari. quia et testimonium legis et apostolorum ego declarat omnes unige
nitos et iam primogenitos. Non autem omnes primogenitos et iam unigenitos posse uocari. hoc est non so
lum esse primogenitum postque alii sed omnes antequem nullus eum ulua peccesserit. Denique quia omne
masculinum quod aperit uuluam sem dno uocari pcipitur. siue fres sequantur siue non sequantur. quod primum
de uulua nascitur primogenitum est iure conseruendum. Uerum alegorice ego nedum filius in carne appa
rens. et iuxta diuinitatis excellentiam unigenitus a patre. et iuxta fraternam sociietatem primogenitus est omnis creature. de hac dicitur. Nam quos presciuit et p distinauit conformes fieri imaginis
filii sui ut sit ipse primogenitus in multis fratribus. De illa autem et uidimus gloriam eius.
gloriam quasi unigenitum a patre. Est ergo unigenitus in substantia dicitur. primogenitus in
susceptione humanitatis. primogenitus in natiuitate. unigenitus in natiuitate. Inde est quod fratres nunc
patrem et dns. frater quia primogenitus. dns quia unigenitus est. **In diuersorio.**

Et pannis eum inuolutum et reclinauit eum in presepio quia non erat ei locus

Quid retribuam dno pro omnibus: quae retribuit mihi. Quie enim maior est omni laude. paruulus natus
est nobis. ut nos uiri possimus esse perfecti. qui tot tum mundum uario uestitorum natu. pannis uilibus inuol
uitur. ut nos stolam primam recipere ualeamus. per quem omnia facta sunt manus pedesque cunis ad
stringuntur. ut nixe manus ad opus bonum exerceat. nixe sint pedes in uia pacis directi. Cui caelum
sedis est duri presepis angustia contineri. ut nos per caelestis regni gaudia dilatet. qui panis est
angelorum in presepio reclinatur. ut nos quasi sua per animalia carnis suae frumento reficiat.
qui ad dextera patris sedet in diuersorio loco egit. ut nobis in domo patris sui multas mansio
nes preparet; quamuis hoc quod non in domo parentum. sed in diuersorio et in uia nascitur per signum